GERHOHUS REICHERSBERGENSIS

Admont (?), 1166-1169 Seite 100r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26928
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in eo maxime consistit quod ut dicit Gregorius divinitas humanitate
calciata in idumeam extendit calciamentum suum. Neque
enim secundum vos divinitas est calciata humanitate. si non est incarna
ta. Hic attendendum quod filius non est nomen proprietatis Solutio.
abstracte considerate. sed ipsius divinitatis cum quadam pro
prietate. ut cum dicimus deus de deo. lumen de lumine. signi
ficamus filii ~~substantiam~~ personam sua proprietate a patre distinctam quam que quidem persona
etiam predicamus incarnatam. non aliud intelligendo per sub filii est tota divin[...]
stantiam filii quam ipsum filium. sicut nec proprietatem filii concedimus
aliud esse quam ipsum filium. ne forte incidamus errorem illorum qui
deum asserunt compositum. neque tamen concedimus filio incarna
to patrem quoque incarnatum credi oportere. quia hoc alienum
est a catholica fide. Licet enim carnem christi pater et spiritus sanctus
repleverint. non susceptione sed maiestate id factum cre
dimus. quia neque pater neque spiritus sanctus est incarnatus. quamvis tota
divinitatis natura in una sui persona sit incarnata. sic
et tota humanitatis natura in una ~~sui~~ christi persona est deificata
ceteris aliis personis tam divinitatis quam humanitatis a sacra
mento incarnationis omnino sequestratis. Christus enim sicut [...]
est persona divina. sic est etiam persona humana. ipse idem ~~utrumque~~
sine persone geminatione vel duplicatione subsistens ex